

opprimant. Hunc quae causa est immundos spiritus iubeat tacere. et si de-
 remus. Sed hoc nobis scriptura aperit. quod peccatori dicit dominus. quare tunc
 narrant iusti et iustas meas. Et ne quis dum predicantem audit. sequatur erian-
 tem. Impius enim magister est diabolus. qui falsa ueris sepe promiscet.
 ut sub specie ueritatis. testimonium fraudis obterat. Etiam illud est
 sideremus. utrum hic primum mandauerit discipulis ne cui dicerent quod
 ipse esset christus. an et uicem mandauerit quando apostolos. xii. destina-
 uit. denuntians illis. in uiam gentium ne abieritis. in ciuitates
 samaritanorum ne introieritis. Ite autem ad oues quae perierunt domus
 israel. egrotos curate. leprosos mundate. demones inquit eicete. et
 diserte quae in ea digni sunt. atque ibi manete. Itaque. nec hic manda-
 tum uidetur. ut christum dei filium predicarent. Ordo ergo disputationis est.
 ordo tractatus. et ideo est nos cum aliquo ex gentibus uocantur ad eccliam.
 ita praecipue serie formare debemus. ut primo unum deum auctorem
 mundi omniumque esse doceamus. in quo uiuimus et sumus et mouemur. cuius
 generis sumus. ut non solum propter munera lucis et uitae. uerum et propter co-
 gnationem quondam generis diligendum a nobis sit. Deinde opinionem
 illam quae est de idolis destruamus. quod non possit auri argenti que li-
 gni materia uim in se habere diuinam. Cum unum deum esse persuaseris.
 tunc iudicio eius astrues per christum nobis salutem datam. in eipiens ab il-
 lis quae gessit in corpore. et ea diuina descibens. ut plura quam homo
 fuisse uideatur. uicem unius uirtute morte. mortuumque ab inferis
 suscitatum. Paulatim enim fides crescit. ut cum super homines fuisse
 uideatur. deus esse credatur. Haec non probaueris quod facere illa sine diuina
 uirtute non potuit. quod admodum potes probare in eo uim fuisse diui-
 nam. Sed fortasse nobis parum auctoritatis et fidei deferat. Lege sermo-
 nem apostoli apud athenienses habitum. quod si apostolo destruere uoluisset.
 ceremonias idolorum. sermonem eius aures gentiliu respuissent. Ab
 uno ergo deo operatore mundi incipit dicitur. Deus qui fecit mundum et cuncta
 quae sunt in eo. Negare non poterant unum operatorem esse mundi. unum deum.

N